

quantitatem seu corporis sui capacitatem, residua vero vestimenta, quae vetustate fuerint consumpta, in singulis distributionibus domino qui pro tempore fuerit praeposito sine qualibet contradictione praesentabuntur, qui de his secundum suam voluntatem ordinet et disponat. Et cum omne quod in dei convertitur servitium ab omnibus Christi fidelibus est ampliandum, ideo renuntiantes pro nobis et omnibus nostris successoribus omni exceptioni doli mali et generaliter nihil inducemus, per quod donatio praescripta in posterum vitari valeat et impedi. Et ne de hac donatione et aliis superius per ordinem enarratis cuiquam in futurum aliqua dubietas valeat suboriri, praesentem litteram desuper conscribi et sigillorum honorabilis domini domini . . . nostri decani ecclesiae Merseburgensis ac nostrorum scilicet . . . praepositi et . . . conventus munimine in omnium evidentiam praemissorum iussimus roborari. Nos vero decanus iam dictus ad pium rogatum honorabilium dominorum domini . . . praepositi et suorum canonicorum in Lipez recognoscimus, omnia et singula superius conscripta tam in donatione quam abrenunciatione eadem rata et grata observare ab ipsis promississe et in maiorem certitudinem praedictorum nostrum sigillum appendimus huic scripto sub anno incarnationis Christi M°.CCC°.XXXIX°. in dominica qua cantatur Quasimodogeniti.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit den wohl erhaltenen Siegeln des Merseburger Decans, des Probsts Nicolaus und des Capitels von S. Thomas an Pergamentstreifen.

No. 98. 1339. 8. Juli.

Der Knappe Cunrad gen. Porzk verkauft, um sich von einer Schuldenlast zu befreien, einen jährlichen Geld- und Hühnerzins auf einer Hufe in Kitzen für 13 Schock Gr. an das Kloster.

Universis et singulis ego Cunradus dictus Porzk armiger recognosco maxime¹⁾ quorum interest et quibus nosse fuerit oportuum pervenire cupio notionem, quod propter quaedam meorum onera debitorum quibus maxime gravabar relevatione, deliberatione meorum heredum ac aliorum quorum interesse potest praehabita diligenti vendidi iusto venditionis titulo unam marcam cum dimidia annui census sito in uno manso in campis villae Kiczin^{a)} cum decem pullis²⁾, qui iure feodali a venerabili domino domino episcopo seu ecclesia Merseburgensi³⁾ dinoscitur dependisse, honorabilibus viris⁴⁾ dominis praeposito et suis canonicorum regularibus⁵⁾ sancti Thomae in Lipez pro XIII sexagenis grossorum utiliter pleno in numero persolutis perpetuis temporibus possidendum⁶⁾ cum omni iure utilitate et honore, quibus eadem bona⁷⁾ a dicto domino episcopo feodi nomine⁸⁾ possedi⁹⁾ transferens in eos¹⁰⁾ omne ius, quod mihi aut meis heredibus competeat aut competere posset quomodolibet in futurum. Quem quidem mansum Johannes dictus Didiez et sui heredes iure colit hereditario, qui singulis annorum revolutionibus in quolibet Michaelis termino¹¹⁾ praefatum annum

a) Kitzen bei Lützen, Kr. Merseburg, Par. Hohenlohe.

1) maxime autem B. 2) vendidi iusto venditionis titulo alteram dimidiam marcam cum decem pullis in quodam manso sito in campis villae Kiczin annui census B. 3) Merseburgensi fehlt B. 4) honorabilibus viris ac religiosus B. 5) praeposito et regularium canonicis B. 6) perpetuis — possidendum fehlt B. 7) eadem bona fehlt B. 8) feodi nomine fehlt B. 9) Folgt in B: haecenus feodi nomine perpetuis temporibus possidendum. 10) in eos fehlt B. 11) Michaelis iusto B.